



Universitätsbibliothek Paderborn

Homo Christianus In Sua Lege Institutus. Sive Discursus Morales

Qvibus Totvm Hominis Christiani Officivm Explicatvr; Quídque is fugere,
quid agere debeat, quām exactiſimē traditur

Segneri, Paolo

Augustæ Vindelicorum ; Dilingæ, 1695

Discursus XVII. De Eleemosynâ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45964](#)

DISCURSUS XVII.

De Eleemosyna.

I.  Eminum tributum mellis pendunt fa-
vi, unum quidem,
quod sponte ab al-
veari & ex abun-
dantia destillat,
alterum vero necessitate reddunt.
cum exprimuntur. Gemini subSIDij,
quod Christiana charitas egenibus
subministrat, hic mihi typus quidam
est. Unum ex commiserationis af-
fectu sponte elargitur indigentibus,
alterum rigoroso precepto compulsa
suppedicit. Peimas has Eleemosynas
species egenis debetis; Auditores;
unam, quia Deus eam exigit dato
consilio, quo vos in egenos esse cupit
liberales; alteram, quam Deus non
consilio tantum, sed precepto exigit,
ac mandato. Et quia utrumque hoc
subsidium a vobis impetrare percu-
pio, idcirco, ut utrumque persuadeam,
precepti primum obligantis vi ac
pondere contendam, necessitatem
vobis incumbere, quia ad faciendam
eleemosynam obstringimini; deinde
primum propositiones utilitates expo-
nam, quae in Eleemosynarios copiose
redundant. Principio quidem arbit-
ratus, dictorum me hodie pro ege-
nis & commodis illorum; multum
autem fallimini; nam cum attenatis
mihi aures præbueritis, perspicietis
deum, non tam in mendicorum
subsidium, quam Divitium lucrum ac-

emolumenta de Eleemosynâ me dis-
seruisse.

I.

II. Ex ignorantia maximè noxiis,
qua Christianam Republicam per-
vadunt, non est minima, quâ creditur,
Eleemosynam opus esse consiliî tan-
tum, hoc est, supererogatorium, nec
unguam preceptum & ad salutem ne-
cessarium. Ex quâ ignorantia sit, ut
Pauperculi ubique jaceant, & eorum
plage sine balsamo relinquantur;
cum Divites sibi culpa non ducant,
hac in parte fuisse crudeles. Scire ig-
nitur vos velim, Eleemosynam tan-
gis naturalis, quam scripta mandato
precipi, preceptumq; hoc Legi Evan-
gelica ex omni parte consonum esse.
Ceterum enim omnino est, omnes has-
ce tres Leges (qua denuo in unam
coalescent) unanimi consensu amo-
rem proximi imperare; unde etiam
illa opera præcipiunt (qua est illatio *s. Them.*
S. Thomæ) sine quibus verus quidam ^{2.} ^{2.} ^{9.}
amor nequit subsistere, talis scilicet,
cui non sufficit proximo bene velle,
sed etiam facere. Unde *S. Joannes* ait:
Non diligamus verbo, neque lingua Joan. 3.
sed opere & veritate: non enim sterilis ^{18.}
quædam arbor est charitas, qua tota
in apparentis tantum beneficentia fo-
lia ac fraudes effundatur. Fructuosa
et ac fœcunda, vita arbor est, qua
nullo anni tempore excrescit: & ut
talis semper è inclinat, ut quis omni-
um

DISCURSUS DECIMUS SEPTIMUS;

um aliorum necessitates pro suis habeat, iisque sublevandis le totum impenda.

III. Totum hoc per se notum erat humanæ menti; quia tamen tam pulchram ac insignem legem Amor proprius infuscatur, Deus in montem Sinai se demisit, legemque hanc coloribus longè vivacioribus descripturus, suis illis tabulis tam præceptum charitatis, quam, quod conseqens est, Eleemosynæ incidit: & idcirco popu-

Deut. 15. I suo edixit: *Præcipio tibi, ut aperias manum fratri tuo egeno & pauperi, qui tecum versatur in terra. Omnino indigens & mendicus non erit inter vos.*

IV. Denique quia Lex hac etiam Scripta non adeò plenè vulgo intelligebatur, in propriâ personâ Divinissimus Legislator de celo descendit, ac protelatus est, præceptum charitatis omnia alia præcepta sua transcendere, & suum propriè præceptum esse, scilicet super omnia alia magis

Joan. 13. conspicuum, & estimatum: *Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos.* Divitibus quibusvis legem Eleemosynæ promulgavit:

Luc. 12. *Quod saperej; date Eleemosynam.*

Cujus legis prævaricatores in historiâ Eulonii gravissimis Inferni pœnis addixit, & hoc ipso, dum hanc peccoris duritiem caligayit, legem hanc confirmavit: & in parabolâ Avari illius, qui dum opes immensum cumulavit, opes & vitam perdidit: in novissimâ denique sententiâ, quam contra illos feret, qui pessima horuna

Matt. 4. exempla imitari non verbuntur: *Esurivi enim, & non dedisis mihi*

manducare; sis vi, & non dedisis mihi bibere: quapropter discedite a me maledicti, in ignem eternum.

V. Irudibatum igitur est, *Lg. 22. 2.* tam naturali, quam scriptâ, ac eam Evangelicâ, Divites obstringi ad auxilium pauperibus praetendandum, ne aliter fieri poterat, posito quod Deum nobis Providentiam, eo quod cet modo, manifestare voluerit. Cui cipuum agriculturæ artificium ita maximè consistit, ut ager secus humectetur, & humidus exsiccatur. Similiter longe tamen diviniore artificio, Deum na Providentia suum moderatur perum, dum præcipit, ut, qui bene habent, malè habentibus auxilio faciat illud Apostoli verificetur: *Qui mutum, non abundavit, & qui modice non minoravit.* Quare nonne rudes, quam ob causam Deus non disponuerit, ut omnes omnino homines aequaliter quasi divisione locupletes sint? Quæstio hæc ferè eadē cū ha- quare Organopæus non omnes eadem organi fistulas fecerit aequales, alias subtileas, alias densas, horriscentias, alias dulcisonas, illam stridulam, tonatam illam, hanc, que copiolem acrem attrahat, illam, qua modicum. Summâ in hoc arte usus est artifex cū ex ipsâ hac inæqualitatâ harmonia concinnetur, quæ ex fistularum aequalitate nunquam obtineretur. Pari ratione decrevit Deus, ut in terrâ alii opulentî essent, alii pauperes, ne pote cū ex hinc harmonia verè mirabilis resulteret, quæ tum habetur; cui pauper diviti inservit, dives contraria pauperem sustentat, & sic ille exercitudo

pientia, iste exercitio misericordiae, cui unitis vocibus majorem Deo gloriam reddunt. *Dives & pauper obviae sunt sibi: nimirum operator est Dominus.* Deus utrumque fecit, & Paupertatem & Abundantiam, ut reciproco communicationis nexus omnium corda colligaret. Et hinc pauperum non est oblitus, utpote quos ita divitibus junxit, ut hi necessitatem quandam & illorum indigenitatem habeant: imo hac ratione divites constituit, qui Pauperum Confessores essent ac Curatores. Sicut enim familia Caput, cum Majoratum erigit, non intendit filio natu majori omnia bona, quae pro se & solus habeat, sed potius, ut splendorem familie conservet, fratribus autem natu minoribus de necessariis provideat. Sic Deus, dum Divites cui primogenitos tractat, non intendit, ut pro Iuno omnia arbitrio prodigant, sed ut coram hominibus ipsi quidem gradus ac dignitatis sue decorum teneant, fratum tamen minorum, quorum nomine pauperes veniunt, non obliviscantur. *Quod si quandoque execu-*

tioni non mandatur, sine dubia culpa penes Deum non est. An forsitan in Xenodochij praefectum culpam conjiciemus, si duos infirmos domo lectoque bene compposito locat, alter autem horum stragula omnia inhumane ad se pertrahat, & socium male contra frigus munirum relinquat? potius in illius crudelitatem invehemur, qui sue tantum cuticula studiofus omnes alios negligit; partem suam sibi aequa ac alienam arreget, & sic proximum

exspoliat, ac penitus nudum relinquit. VI. Quidam, hæc ipsa Eleemosyna Lex non solum Dei Providentiam demonstrat, sed Dominum etiam supremum. Deus enim noster tam magnus est Dominus, ut etiam rerum nobis donatarum Dominum non amittat: *Meum est argenum, meum est aurum:* ait per Prophetam. Meritum fuit universi Mundi divitiae, & illi, qui opes possident, non ita earum sunt domini, quin à me dependeant, immo dispensatores sunt verius, ac a nomi, qui mea in iis distribuendis iustitia observare debeant. Quapropter Eleemosynæ clergitio, Divini quædam Dominij veneratio est: *Honora Domum de tuâ substancialiæ,* haec enim in pauperes erogata Dominum supremum agnoscitur; siquidem per manus pauperum tale ei tributum penditur, quale ipse imposuit.

*Prov.
3.9.*

VII. Unde conseqvens est, omnes illos divites avaros atque acerbos non unam tantum, sed plures simul iniustiam committere, casque omnino gravissimas. Inprimis in Dei Providentiam in iuriis sunt, quam pauperum querimoniis exponunt, cui partium studiosam, quoque egenis necessariam vitæ sustentationem subtrahat; opulentis contraria superabundantem concedat. Iniqui etiam sunt in superrum Dei Dominum, quod Deus semper retinet, tanquam summus rerum omnium Monarcha, quando de bonis pro suo arbitrio & libidine disponunt, haud aliter, ac si Dominum absolutum & nullâ ex parte ligatum

R. P. Segneri Christ. Instr. Tom. I.
G g habe-



haberent. Ipsi denique etiam Pauperibus vim inferunt, qui, cum Lege naturali habecant ex robustitudinis a-lendi & sustentandi se jus, à Divitibus compelluntur mera inopia interire, ut potest à quibus etiam, qua superfluit relinquit, denegantur; id quod Sacris Paginis anfam dedit dicendi, idem esse, Eleemosynam pauperi negare, ac illum spoliare; superflua non con-cedere, ac debito illum defraudare.

Ecli. 4.1. Fili, Eleemosynam pauperis non debes. Et alibi. *Nudos spoliasti Job. 22.6. fiaudes.* *Job. 22.6. vestibus.* *Vulgum pauperum spolia- Job. 24.9. verant.* *Efusionei ubraxisti panem.* Omisis alii Scriptura locis, qua hic magno numero afferre possem, dicere sufficiat cum S. Chrysostomo: *non so-lum rapere aliena, verum etiam sua non imperiri ceteris, rapere est & fundatio spoliatio.* Et quamvis hac Veritate omnes perstringantur, multò rāmen maxime Christiani, quibus Amabilis Dei Providentia, quā omnes fovet, Dōminūmque in omnes divitias & opes est prae aliis notum. Providentia quidem in homines, ut eō facilius ca-fus finistros, & rerum dilpndia tolerarent, efficere deberet; Dominum verò in opes, ut intelligent, quod si Evangelio suo voluntariam paupertatem fuisit, minimè egerit inspicuerit; imo id egit, tanto ante omnes certos reddendo de curā providendi omnibus quounque numero, qui verbis ejus excitari spontaneam hanc iso-pianam plecterentur.

VIII. Qia haecenus dicta sunt, in ibim revocari non possunt, cum Eleemosynæ præceptum tam sit ma-

nifestum, ut, qui pertinaciter illud ageret, hereticum se proderet. Solus restat, ut determinemus, tanquam rem difficultate non vacuum, quo tempore hoc præceptum obliget, & quando ad culpam gravem pertinet? Quod ut determinemus, bles-vare oportet cum S. Thomā, quia Eleemosynæ obligatio ab uno ex duabus his capitibus dependeat, scilicet aut ab abundantia Divitiorum, aut à celitate mendicantis.

Laym.
tr. 3. c. 6.

IX. Si ad abundantiam oculi convertamus, quæ ex parte divitiorum, animadvertemus, duobus ei modis di-vitias abundantes esse posse; nimis spectando vel illius naturam, vel con-ditionem. Spectando naturam ille sunt superflua, sine quibus & suam & suorum vitam sustentare commo-di potest. Spectando statum & conditionem, illæ redundant, sine quibus non vita tantum prorogari, sed gradus etiam honoris & dignitatis, quo illum Deus poluit, potest sustineri. Explico me. Vir Illustris absq; certo servorum numero vivere quidem potest, sed ro-vore non potest, sicut ista vita condi-tio exigit: sic famulorum ille numerus ad vivendum tantum, abundans ad vivendum tamen, ut Personæ di-gnitas postulat, non est superflua. Ubi verò servorum numerus ita anchus fuerit, ut ne Princeps quidem major-em desideret, non communem ho-ministarum, sed & viri Illustris con-ditionem excedet: hominis quidem, cum sine illis commodè possit vivere; Viri Illustris autem, quia sine his tuen-tille dignitatem suam potest.

X. Pan

Laym. tr. 3. c. 6. X. Par ratione, ne confundamur, in casu nostro distingue possumus duplēcē ex parte pauperis necessitatem. Prior extrema vocatur; & est, quando ea defunt, sine quib⁹ vita non ducitur; unde aliena defitit⁹ ope, aut moritur, aut periculum, &c., ne moriatur. Altera gravis appellatur, quando Pauper, si ope carcat aliorum, vitam aegerimē producit, aut illā, quam tenuerat, vita conditione excidit.

XI. Hac notitiâ suppositâ , sefer
vos velim , quod Doctores concordi
assensu affirmant : Divites , cum egeni
in extremam illam egestatem inci-
dunt , teneri ad iis succurrendum , lar-
giendo non tantum , quo gradui ac
dignitati superflua sunt , sed & ea , quo
ad vitam quoniamocunque duocandam
reducentur . Etenim ordinata caritas
exigit , ut vitam proximi pluri facia-
mus , quam dignitatem nostram . Un-
de , etiam cum aliquam partem pom-
pe , utur honesta ; dimittere oportet ,
quod vita proximi conservetur , di-
mitti omnino debetur .

XII. Quod alteram necessitatis, quam gravem diximus, specie con-
cernit, ferme non obligantur divites
eleemosynam elargiri, nisi de illo,
quod etiam statui ipsorum redundant,
aut saltē tam parūm p̄o eodem con-
servando necessarium est, ut sine no-
tabili statu sui prejudicio illud ero-
gate valeant; & in hoc saltē sensu
intelligi Scriptura possunt, quā in locis
quam plurimis in opulentos inve-
hundunt, qui erga pauperes nimium
duri sunt ac tenaces, eosque ceu omnes

coimmiserationis ac pietatis oblinio
argunt: *Omnes avaritia student:* Jerem.
Omnes avaritiam sequuntur. Unus-
quisque ad avaritiam suam declinavit. 8. 13.
Quod omnia non possunt intelligi de
e. tremâ necessitate, cum hac non nisi
rarisimè occurrat; sumi, itaque de-
bent pro cau frequentiore, tali scili-
ect, in quo pauper, licet vita pericu-
lum non subeat, dies ramen suos inter
mille angustias, tolâ dvitum avaritâ
in eis dejocut, exigit.

XIII. *Dixi saltem*, cum non pauci
Doctorum censeant, quod Divites de
illis, quae statui redundant, non tan-
tum l'asperibus, qui extrema, aut gra-
vi necessitate laborant, eleemosynam
suppeditare, sed iis etiam, qui commu-
ni (qua ferè laborant omnes, qui sti-
pem ostiati emendicant) teneantur.
Et vero si consideremus, quæ hac in
parte SS. Patres etiam maxima & pri-
ma Autoritat, scripto reliquerunt,
dicens oportet, quod adhuc largè ni-
mum ac laxe præceptum Eleemosynæ
interpretetur, nisi illud ad commu-
nes etiam misellorum necessitates ex-
tendamus. Fatigarem vos, si singulo-
rum sententias in medium proferrem,
omnium loco iustificat Magnus Augu-
stus: *Quidquid, ait: excepto viatu &*
ve, citu rationabili superfluit, non in uxii
reservetur, sed in thesauro celesti per E-
leemosynam reparatur. Quod si non fecer-
imus, res alienas in uajinam. Id quod
non Augustinus tantum, sed si non illi
dem verbis, eodem certè sensu etiam
S. Ambrosius, S. Hieronymus, S. Gre-
gorius, S. Basilius, S. Jeanes Chrysosto-
m. *C. 42 c. 1.*
Decret.
diss. 47.
c. scie.
Difin.
c. 42 c. 1.
S. Basili-
hem. de
Divit.

G g 2 optics

S. Chrys. b. 34. ad s. pap. Gaud. de Villico Inq. omnes patres antiqui afferunt, qui, ut ut doctissimi, capere nunquam potuerunt, quomodo in tantâ fune, quâ pauperes opprimuntur, Dives quisquam sibi persuadere possit, suum esse, quod ipsi redundant etiam status conditione spectatâ. Imò in SS. Paginis etiam à Christo Eleemosyna *Vide Mal-justitiae nomine appellatur Attende, dom. in ne justitiam vestram faciatis coram hominibus. Matth. 6.* Etenim licet illa proprietate inter actus charitatis, nihilominus tantani cum actibus justitiae affinitatem habet, ut faciliter in modo communis loquendi codem cum justitiae operibus nomine compelletur.

XIV. Quidquid autem de hoc sit, de quo modo non laboro, certum saltem est, multos Opulentos in altissimâ vî re ignorantia, aut incuria hujuscemodi cibit, & quasi pensionis, qua in pauperum favorem eorum redditibus est annexa: cum enim absoluto rerum omnium, quas possident, se credant Dominos, non nieminerant, sed à Deo pauperum patrinos, & bonorum tantum administratores esse constitutos, iuxta illud: *Unusquisque sicut accipit gratiam, in alterum illam administrantes, sicut boni dispensatores multi formis gratia Dei.* Præcipue autem, cum annona caritas inguit, ista se caritas prodit, cuius tempore cum divites præquam alias manuaperire, ac indigentibus succurrere deberent, longè quam unquam magis stringunt, ac pauperes degubunt. Videret libet, quod maxima divitiarum pars, quas nonnulli accumulant, ex fame

ac necessitate publica parta sit, dum frumenti pretium immensum quantum augent, sicque pro re exigui preti modicam illam suminam capiā, quæ pauperibus residua erat, ad se trahunt, agellum inquam illuminatum, casam miserabilem, & pauperis suppellectilis reliquias. Observatum est, quod si numero caritatis annona peccis succedat, non pauperibus solam, sed & bene habentibus infesta. Causam, quæ pauperes ad tumultum abripiat, facile est inveniri in miseria, arsum, ac noxiis, quibus pasti sunt, cibî in memoriam revocentur: Opulentorum verò mortis causa non tam prouidit est dividare, nisi anticius aliquanto. Divina Providentia arcana immati, è celo potius illam, quam terrâ malimus accersere. Dixi igitur, quod si frequenter post toleratam famam etiam Divites moriantur, iisque omnium præcipui, atque adeo ipsa familiarum capitâ, (qua rama plus quam alii sibi attendebant) rationem aliunde petere non debemus, quâ ex eo, quod hi officio suo defuerint, quo communis necessitatibus minimum cum pauperate luctantium providerere tenebantur. Si quidem hisce famis publica temporibus Eleemosynæ præceptum longè erat manifestius. Faciebat quidem apud nonnullos conscientia officium suum, atque absque intermissione clamabat: *Fac cum proximo tuo, quod tibi in simili necessitate constituo fieri vult.* Nec poterat Avaritia solita siâ excusatione se palliare: non posse jam amplius, veros pauperes à fiducis discerni. Et

Etenim famis tempore omnia compitunt, ac domus plena sunt, nec multum indagare necesse est calamitosos; ipsa seculuridam facie, & squale produnt, recedentes oculis, pendula curvis, hancipitum ipse languidus & difficilis summae produnt necessitatem. Quomodo his in eventibus dici potest? Opulentos amare proximum suum heut se ipsis, dum suorum colummodo commodorum Studiosi, se suaque emolumen ut a procurant proximi verò minorē, quam canis aut venatici, aut domestici curam gerant? *Qui habuerit sufflantam huius Mundū, & videbit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?* ait S. Joannes. Et si Deum non amat, quomodo sperabit, eodem in Cælo frui, possidere beatitudinis gaudia, gloriam ac regnum iure hereditario adire? Non est possibile; habet enim pro corde Saxum; saxum, in quo, quaqua se conferat, insculptam secum sententiam circumfert sempiterne: *Cor durum male habebit in novissimo.*

II.

XV. Verum illa eleemosyna, quæ vi præcepti extorqueretur, oleo similiſt, quod torculari exprimitur. Plus exigit a clementia & misericordia vestra, scilicet illi virginem, qui sponte sua promanat atq[ue] ita se profite integrum necessitatis momento, quod urgeat vos potest, sicut premii benignitate vestram animabo. Deus igitur, postquam charitatem præcepto imperavit, etiam ad consilium, quo eam com-

mendaret, descendit, ita quidem, ut in suo Evangelio consilium hoc profundamente posuerit, sublimis, ardute ac admirabilis illius perfectionis, cuius afferendæ gratia è celo exitit: *Sicut vius perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus.* Hujuscem consilii executionem familiarem vobis redditurus, propositum à Deo præmium exponam, quod genuinos manet eleemosynarios. Campi, qui Indo flumine irriguntur, ita fertiles Sicul. rerum ant. 1.3. evadunt, ut uno codémque anno germinant messem exhibeant. Pœcua Arift. I. quoque Nilo adjacentia ea valent ubertate, ut armata geminâ pariter fæc. 7. hiſt. 4. tatione fœcunda redditur. Pro nobis Christianis autem terra absque comparatione feracissimæ non alia sunt, quam manus Pauperum, in quibus substantias nostras sacre volunt Pagina nos seminaré, certâ cum pollicitatione, fore, ut fructum omnino centuplicatum referamus; messe dupli. Quâ illâ? Temporali & eternâ. *S. Thom. in hunc locum.* In quem sensum S. Thomas illa Apostoli verba explicat: *Pietas ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futura;* ita ut voce illâ. *S. Thom.* Pietas, antonomastice quasi distributionem eleemosynæ intelligat, & præceptum Legis naturalis, cuius suprememinimus, ad quartum Decalogi præceptum reducat, cui uni Deus ore *22 g.* fito pollicetur, *22 ar. 5.* *22 ar. 5.* *nunc est, & futura.* *ad 4.*

XVI. Ut igitur primâ messe, bonorum scilicet temporalium initium faciamus, primò in oculos nostros incurrit frequens illa ac miraculosa

G. g. 3. multi-

SEGNERI

no Crisostomus

DISCURSUS DECIMUS SEPTIMUS,

233

multiplicatio, quā res verorum eleemosynariorum augentur: qui, cū se mares quasi pauperum faciant, merito semper abundantissimo lacte eorum turgent ubera, quo eos alant ac sustentent. Quia ratio est, quare Sacra Scriptura eleemosynam vocet seminatem, cāmō dīspēnſārē idem illi sit ac seminarē; ut scilicet intelligatur, sua pauperibus distribuere, non esse illa perdere, ut nonnullis videretur; sed potius illa melioribus commutare, ac cumulate, & Dei manib⁹ ad usuram ac fēnus committere, in quibus omne granum in mille millia exreficit:

Ecclesiasticus. *Da Altissimo secundum datum ejus, quoniam Dominus retribuens est, & septies tantum reddet tibi.* Da tantum alacriter, ait Ecclesiasticus, tua Deo tuo, qui, cū sit Altissimus, pro se quidem re nullā indiget, nihilominus omne illud, ut sibi datum, accipit, quod datur Pauperibus; da animo hilari & laetō, iuxta proportionem illorum, quā ab eo accepisti. *Da Altissimo secundum datum ejus, & videbis, quā copiā tibi fructum ferat;* rem enim habes cum tali Domino, qui humanitate vinci se non posuit, & hoc ipso incomparabiliter plura redet, quam dederis: *Septies tantum reddet tibi.* Ita solet Caelum cum Terrā agere: iniungit aliquot vapores extrahit, quos postmodum in tam copiosum rorem convertit, ut omne genus plantarum inde lactetur. Verum quidem est, fēnus hoc Eleemosyna non ita semper sensibiliter oculis nostris subjici; cū Deus varios habet modos, quibus dona sua communicet, quin intelligat aut notet is, qui ei recipit. Ut cū primum erogatē à vobis eleemosyna sanos vos ac incolumes longo tempore conservat; cū litem vobis agt adjudicat, aut, ne aliquam moveant adversarij, impedit; cū nubem, quæ fragim horribilem agris vestris minabatur, ayrrit, uniusque anni redditus servat; cū insidias, quæ vobis struebantur à latronibus nocturnis, detegit & crumenas vestras à depredatoribus tuerit; cū prater sanitatem, quam donat, inquietudines, quæ amolitur, lucra, quibus rem vestram auger, damna, quæ avertit, innunca alia in primum vestra charitatis vobis etiam non advertit, subveniat: *Dominus retribuens est.* Cetera tamen vobis persuadere, oppidō bonum esse cum Domino agere, à quo, quascunque scenererum officia requisieritis, nullam magis fructuam, nullam magis fidem eleemosynā nanciscerunt: *feneratur Dominus, qui miseratur pauperis.*

